

www.e-rara.ch

**Simonis Portii Neapolitani, philosophi clarissimi, de rerum naturalium
principiis libri duo, quibus plurimae, eaeq[ue] haud contemnendae
quaestiones naturales explicantur**

Porzio, Simone

Marpurgi, 1598

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: NP 2606

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-47888>

Quid sit in Plotini sententia ambiguum. Cap. XV.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Quid sit in Plotini sententia ambiguum.

C A P. X V.

EX his Plotini dictis colligere licet, animam, ut mancipatur corpori, sub fato esse: ut verò absolvitur, nulla fatali lege astringi, esseque supra fatum. Verùm tum in Plotino, tum in Platonicis reliquis multa desidero: nam cum anima nunquam possit absolvi à corporis necessitatibus, quæ illi ex mutuo commercio obtingunt, idque à natura coagmentate, quare etiam utriusque sunt communes, ut inquit Philosophus: non video quomodo erit supra fatum, cum ejusmodi passionnes proveniant concurrente adjuvanteque facto, & natura semper aut ut plurimum adsint: quin potius si ab iis solveretur, esset præter naturam. Nec possimus dicere sua libertate id facere: quoniam hæ necessitates, quæ ex mutuo consensu proveniunt, tollunt contradictionis & indifferentiæ libertatem, quare in causa efficiente Peripateticus admittere recipereque non potest, velut in libello de libero arbitrio ostendimus: etenim quæ vocatur libertas, indifferentiæ & contradictionis passio est, & non actio: neque in causis efficientibus est hæc agendi indifferentia, licet in homine sit potentia ad duo contraria, non quidem simul, sed vicissim: quod vel inde constat, ut inquit quoque;

Ari-

Aristoteles tertio de anima, quòd homo cognoscat futurum. Adhæc è Plotino quærendum esset, quo pacto cælum sit signum & prima intellectio, & voluntatis actio (quæ volitio, si placet, dicatur) non sit à casu: & num sit à libertate, an à necessitate objecti. Deinde fatum videtur adscribendum esse corpori, vel iis quæ consequuntur corpus, nam à Plotino anima, quia consentit cum corpore, sub fato collocatur. Sed necesse est ut cum corpore conspiret, ergo necessariò sub fato collocatur. Quòd autem necessariò consentiat conspiretq; cum corpore, patet, quoniam ejus unio non fuit libera, quare neq; in potestate ejus est, ut se liberet à corpore: est enim in facultate illius qui eam cum corpore univit, inde eximere, alioqui si penes eam esset se vindicare atq; absolvere, fuisset utiq; in libertate sua se unire. Quòd si dicas, animam utrunq; facere, & se unire, & absolvere: respondemus, id quidem verum esse, ratione actionis intellectus & voluntatis, tamen ut unquam se à corpore absolvat, fieri nequit: quinimò multis de necessitatibus est indigens corporis. Proinde quòd magis vel minus corpori serviat, necessariò alia aliqua ab anima nostra invenienda est causa. Porrò Platonicì animam à Deo immediatè produci pro confesso habent. Verùm id credendum quidem,

non

non tamen rationibus persuasum esse judico
ut libro de humana mente docuimus, ajunt
que ipsi uti aliquando vehiculo, & quando-
que non. Verum qui nexum animæ & corpo-
ris naturalem esse ponimus, ac necessarium
tam animam, quàm corpus sub fato esse, neq;
inde se posse eximere, asserendum censemus.
Si enim anima sese eximere posset actione at-
que essentia, aliquando posset sua virtute sub-
sistere, ac esse citra corpus. Quod si sua vi sine
corpore subsistere haud potest, nec absq; cor-
poris actionibus erit. Et quamvis intellectio
sit facultas non organica, tamen, ut aliàs de-
claravimus, nequit esse sine corpore, & licet
nulla actio corporea cum intellectione com-
municet, nihilominus indiget anima sensu
corporeq; ad intellectionem producendam:
quod nihil sit apud intellectum, quod prius
non fuerit in sensu.

Chrysippi de fato sententia.

C A P. XVI.

PORRO Chrysippus longè aliter quàm supe-
riores fatum interpretatur, quippe apud
eum est series causarum, quæ evitari non
potest; censetque omnia necessariò evenire,
adèd, ut quicquid homo agat, à primæ causæ
motu, & cælo definiatur. Inquit præterea ni-
hil